Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Hodie populus israel & uere homo uidens dicit. hoc
quippe interpretatur israel. egredi iubet ex egypto. Prepa
remus fratres nostri ad immolationem agni. apprehendamus
illum nunquando dubia lux est. & adhuc lune cornua
non implentur. nunquando crescere incipit ut decresce
re. scilicet quarta decima die idem lumine consumato atque perfecto.
quando tota ei lampade totus orbis implet. Nec putemus
agnum istum animalium ubique posse comedi. precipit nobis
ut in una illum comedamus domo. idem ne extra ecclesiam
immolari agnum putemus. Ex quo manifestum est quod iudei
& heretici & omnia conuenticula dogmatum puerorum
quod agnum in ecclesia non comedunt. non eos agni carnes co
medere scilicet draconis. quod datur iuxta psalterium in escam populis
ethiopibus. Quomodo enim in diluuio non saluati nisi quia in arca
fuerunt noe. & corruente hiericho una tantummodo raab
meretrix. idem ecclesie credentium ex gentibus custodit dominus. nam
& in immolatione agni. Tunc uere agnus occidit cum in
una mactatur domo. Erit in quit uobis agnus immaculatus
De agnis & hedis sumetis eum. Precipit & in alio loco
ut qui primo mise non potuerunt facere secundo faciant iuxta
quod ne iubet. ut quia non potest habere agnum saltem hedum ha
beat. Xpe enim in domo ecclesie dupliciter immolatur. Si
iusti sumus de agni carnibus uescimur. si peccatores & pe
nitentiam agimus nobis agnus, hedus occidit. nunquam xpe
ex hedis fit quos asinistris stare docuit. scilicet publicanos uer
sutare meretrices. aut unicuique agnus aut hedus fit. Que
rit iam quare non in die agnus iste immolet scilicet ad
uespam. Causa manifesta est. Dns enim nr atque salua

+. i. cum fide
sumitur ecclesia
catholica. immolatur
& comedit.